φεύγων τὰ μὴ φευκτά. — In quo videndum quorsum ex *Cratetis* sententia referri possit illud οἶος: durius enim neque praecedenti orationi aptum est, quod supplere jubet *Casaub.*, κύκλος ἀρκτικός. Sed in praecisa *Strabonis* brevitate nullam habemus veri inveniendi ansam, quam praebere tamen videntur Apollonii illa, μέχρι τούτου καταλέγων, & deinde, ἵνα τὸ συμβεβηκὸς αὐτῇ καὶ ἑτέροις τῶν ἄστρων ἀκύνητον. Sunt haec certe, quamvis impedita, tamen hujusmodi, ut quae aliquot versibus memorantur coeli sidera, inde a sole *vs.* 484. usque ad Orionem *vs.* 488., primum tanquam ordine & in catalogo quasi recensita, accepisse videatur *Crates*, & deinde eam versu 489. lectionem subjecisse, unde intelligeretur, non soli ursae, sed aliis etiam sideribus accidere, ut Oceano nunquam tinguantur. Fuit igitur cum *Cratetem* putarem revera correxisse, quod in *Strabone* editur ΟΙ'ΟΣ, & retulisse, ad ΟΥ'ΡΑΝΟ'Ν vs. 485, ut, solus in medio scuto οὐρανὸς immunis fuisse intelligeretur ab Oceano, qui in ora extrema reliquas omnes ambiret & allueret quasi expressarum rerum imagines. conf. vs. 606. sed quamvis haec ratio alteri, quod habet *Apollonius*, indicio congrueret: μέχρι τούτου καταλέγων; non videbam tamen quomodo concilari posset cum altero: ἵνα τὸ συμβεβηκὸς ΑΥ'ΤΗ͂Ι καὶ 'ΕΤΕ'ΡΟΙΣ ΤΩ͂Ν 'ΑΣΤΡΩ͂Ν ἀκύνητον: — Hinc propius ad emendatricem *Cratetis* manum accedere crediderim corruptum quoque *Apollonium*, qui eum legisse scribit,

'Ηι δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν 'Ωκεανοῖο.

Quod si enim, mutata copula, unam quoque inserueris particulam κεν: 'Ηι τέ κεν ἄμμορος &c. *ubi quidem &c.*; eam habebis lectionem quae, post plura coeli sidera usque ad vs. 488, in catalogo quasi recensita, denique vs. 489. ipsum locum designet, supra quem *Homero* Graecisque nulla amplius occiderint, ubi caetera omnia haud secus supra finitorem perpetuo manserint, atque *ursa major*. Ut adeo in eam fere sententiam *Crates* verba emendaverit, in quam corrupta accipienda esse censebat *Heraclitus*.

Ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται, καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
Ἥκιστ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

Atque haec quidem de celebri *Cratetis* emendatione per conjecturam disputasse suffecerit. — *Homerum*, praeter alios, proxime imitatus est Ovid. *Fast.* II. 191.

Saevit adhuc canamque adit Saturnia Tethyn,
Maenaliam tactis ne lavet Arcton aquis.

Alia imagine usus est *Aratus Phaen.* v. 47 *seq.*

— — Αἱ δ' ἄρα οἱ στείρης ἑκάτερθε φύονται
Ἄρκτοι, κυανέου ΠΕΦΥΛΑΓΜΕΝΑΙ ὠκεανοῖο.

Hunc expressit *Virgil* Georg. I. 246.

Arctos Oceani metuentes aequore tingui.

Quod diligentiam non effugit *Heynii*, Viri *Cl. ad l. l.* Rem omnem *Manil.* L. I., postquam explicuit vs. 284, uno verbo absolvit vs. 608.

Alter ab excelso decurrens limes Olympo
Serpentis caudam, & SICCAS dividit arctos.

Hyginus porro, L. III. c. I. de *URSA MINORE*, *in prioribus*, ait, *caudae stellis una est infima. quae POLUS appellatur, ut Eratosthenes dicit, per quem locum ipse mundus existimatur versari.* In quo Latine tantum vertit ducem suum *Eratosthenem* c. II. ὑπὸ δὲ τὸν ἔτερον τῶν ἡγουμένων (τῆς Ἄρκτου ἀστέρων) κατώτερός ἐστιν ἄλλος ἀστήρ, ὃς καλεῖται ΠΟΛΟΣ περὶ ὃν δοκεῖ ὁ ΠΟΛΟΣ στρέφεσθαι. Ubi, quamquam πόλος saepe apud Veteres pro *coelo* accipiatur, haud scio tamen an hic loci posterius illud πόλος corrigere, eique, *Hesychii* praesertim indicio, substituere liceat κόσμος. Conf. *Schol. ad German. Arat.* vs. 22. Verum idem *Hygin.* L. IV. c. 8. „*Illud etiam videmus*, inquit, *in extrema cauda DRACONIS stellam esse, QUAE IN SE VERTATUR & EODEM LOCO CONSTET*; in quo sive ipsius *Hygini* sive librarii error esse videtur, qui *Draconem* in locum *Cynosurae* sive *Ursae minoris* subjecerit. Scio equidem, hoc ipso loco usum esse *Freretum*, ut, quod observando ratiocinandoque efficiunt Astronomi, auctoritate etiam scriptoris antiqui confirmaret, stellam scilicet polarem, Chironis aetate eam fuisse, quae nunc in *Dracone* notari solet litera κ. — Classicum locum frustra sibi quaesitum esse dolet Cl. *Bailly*, *Histor. de l'Astron. Ancien. Eclairciss.* L. VI. §. 10. p. 426. Sed praeterquam, quod κ *in cauda* quidem, non vero in extrema cauda *Draconis* est, veterum etiam libros ex ipsis Veterum placitis, quam ex sub-

subtiliore Recentiorum doctrina, & emendare & explicare malim — Unde, quaeso, ista *Hygino* subtilitas? Unde illam hausit doctrinam, quam Veterum, quantum novimus, nemo memoravit, & cujus vel suspicionem refellere fere debuit constans apud nautas & Cynosurae & Helices observatio, tanquam siderum polo proximorum.

In *Cynosura* certe, vel *Cynosyrae* proximum polum statuisse censeas *Aratum Phaenom.* vs. 42.

—— Τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Τὴν δ' ἑτέρην, Ἑλίκην. Ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες Ἀχαιοὶ
Εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν.
Τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι, περόωσι θάλασσαν.
Ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ, καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη,
Πολλὴ φαινομένη Ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός
Ἡ δ' ἑτέρη, ὀλίγη μὲν ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων·
ΜΕΙΟΤΕΡΗι ΓΑΡ ΠΑΣΑ ΠΕΡΙΣΤΡΕΦΕΤΑΙ ΣΤΡΟΦΑΛΙΓΓΙ·
Τῇ καὶ Σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται.

Quem penultimum versum minus vere a *Cicerone* & lectum & redditum esse censuerim, (*de Nat. Deor.* II. 41.)

Nam cursu interiori BREVI convertitur orbe.

quam a *Germanico*, qui, caetera accuratius exprimens, nomen quoque μειοτέρη, non tertio, sed primo casu accepisse videtur:

Quippe BREVIS TOTUM fido SE cardine vertit.

Eundem deinde Ursis in coelo locum, eundem apud nautas usum uno suffragio tribuerunt, qui eam rem, vel data opera tractarunt, vel casu quasi attigerunt, scriptores ante istum *Tabularum* & *Astronomici Poëtici* compilatorem universi, *Aratus* & *Eratosthen.* ll. ll. *Cicero de Nat. D. II.* 41. *Virgil. Georg. I. l. Ovid. Fast. III.* 107. *Manil. I.* 282—310. —— Hos igitur cum duces habuit & in caeteris fere omnibus compilavit, quisquis ille fuerit *Hyginus*; efficitur inde, novam istam, quam supra dixi, recentiorum subtilitatem, a tali certe ingenio istis temporibus occupari omnino non potuisse. Quamquam haec ipsa Astronomorum nostrorum subtilitas, ut dicam, quod sentio, non perspicio quomodo cum Historicis rationibus, cum testimoniis scriptorum veterum, possit conciliari; quae enim *Eratostheni*, l. l. in cauda Cynosurae stella dicitur polaris, eadem & nostra aetate, viginti & quod excurrit post seculis, eundem tenet locum: &, ne forte *Eratosthenis* ille locus in corruptelae suspicionem adducatur, reliquis fere circuli Arctici sideribus

eun-

eundem fere in coelo situm locumque adsignant *Veteres*, quo etiamnum ab ipsis Astronomis & observari & in tabulis sphaerisque exhiberi solent. —

Sed haec quidem subtiliora & ab hoc loco fere sunt aliena.

EXCURSUS VI.

AD PAG. 148. OBS. 2.

Disputatur de Il. N. 745.

Brevis hic, sed haud contemnendi momenti tractanda est Glossa *Apollonii* : ἈΠΟΣΤΗΣΩΝΤΑΙ· ἀποσγμίσονται, ἀμείψουσι.

> Δείδω μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ
> Χρεῖος. —

Spectat observatio *Il. N.* 745. ubi Polydamas, cum victores Trojanos, divisos dispersosque, in maximo cladis periculo pugnare videt, Hectorem ita hortatur:

> Ἀλλ' ἀναχασσάμενος κάλει ἐνθάδε πάντας ἀρίστους.
> Ἔνθεν δ' ἂν μάλα πᾶσαν ἐπιφρασσαίμεθα βουλήν.
> —— —— —— —— —— ——
> —— —— —— —— —— ——
> —— —— —— ἦ γὰρ ἔγωγε
> Δείδω, μὴ τὸ χθιζὸν ἈΠΟΣΤΗΣΩΝΤΑΙ Ἀχαιοὶ
> Χρεῖος, ἐπεὶ παρὰ νηυσὶν ἀνὴρ ἆτος πολέμοιο
> Μίμνει, ὃν οὐκέτι πάγχυ μάχης σχήσεσθαι ὀΐω.

In vulgatis olim *Homeri* editionibus legi solebat ἈΠΟΤΙΣΩΝΤΑΙ, donec *Romanae Editionis*, *Eustathii*, & *Grammaticorum Veterum* auctoritate veram lectionem, ἈΠΟΣΤΗΣΩΝΤΑΙ, Poëtae redderet *Barnes*. Eandem unice probarunt *Clarke* &

p. 239.

Bergler. ad l. l., *Valcken. Animadv. in Ammon. L. III. c.* 20. *p.* 239, & *Alb. ad Hesych. h. v.* & *Valckenarius* quidem ita eam vulgatae praetulit, ut hoc ipso argumento, quod jam in *Apollonium* quoque convenit, *Codicis Leidensis* bonitatem aestimandam censuerit, quod in hoc versu etiam habeat ἀποτίσωνται. — Unus tamen *Ernesto*, viro Clar., restabat scrupulus, „ quod ex Analogia Graecae linguae, quam tam diligenter „ sequitur *Homerus*, dicendum erat ἀποτίσωνται, cum ἀποτί-„ σασθαι sit *recipere debitum*, non *rependere*." — Verum enimvero nulla hic opus est *rependendi* notione, quae in versionem Latinam venit ex lectione *Stephani*, ἀποτίσωνται. Contra ἀποτίσασθαι accipi omnino ita potest, uti jubet analogia, ut significet *sibi aliquid appendendum curare*, aut *appensum accipere* (V. Cl. *Kuster de Verb. Med. p. m.* 143. *seq.*). Cum enim Trojanis Achivi victoriam modo tribuerant & quasi appenderant, veretur Polydamas, ne eandem repetitum eant, sibique reddi atque *rependi curent*, i. e. ἀποτήσωνται. — Vere & accurate reddit *Apollon.* ἀποκομίσωνται σταθμῷ. *ad lancem quasi & stateram reportent*, i. e. *sibi reddi curent*. In eandem sententiam accepit auctor Glossae apud *Etymol.* V. Στατήρ: addens etiam in extrema observatione, τὸ γὰρ ἀποτίσωνται, ἀντὶ τοῦ ἀπολάβωσιν. — Mutui certe quasi repetitionem spectasse Poëtam censuit quoque *Ammon. p.* 94., quando reddit: ἀντιστήσωνται ὡς περὶ ὀφειλόμενον δάνος. itemque ipse *Schol.* ad *Hom. l. l.* Μὴ πῶς τὴν χθεσινὴν ἧτταν ἀποδώσωσιν ἡμῖν οἱ Ἕλληνες, ὩΣΠΕΡ ΣΤΑΘΜΩ͂Ι ΔΕΔΑΝΕΙΚΌΤΕΣ. *Ne forte hesternam cladem reddant nobis Graeci, UT QUI, AD PONDUS ET LIBRAM, MUTUAM DEDERINT VICTORIAM.* Cujus interpretationis pars prior, utcunque verborum sensum, altera ipsam vim & fontem aperit. Utrumque explicationis genus conjungit etiam *Eustath. p.* 958. *v.* 20. Ἀποστήσωνται, ἀντὶ τοῦ ἀποσταθμήσωσιν, ἤγουν σταθμῷ ἀποδώσωσιν, ἢ λήψονται, καὶ ὍΠΕΡ ἩΜΕΙ͂Σ ΧΘΕ͂Σ ΝΙΚΩ͂ΝΤΕΣ ἘΛΆΒΟΜΕΝ, ΑΥ̓ΤΟἸ ΣΉΜΕΡΟΝ ΕἸΣΠΡΆΞΟΝΤΑΙ. quae postrema apertissime opinionem nostram confirmant. — *Hesych.* V. Ἀποστήσωνται. ἀπαγκομίσωνται. σταθμῷ γὰρ ἀποδίδοσαι. ex quo tantum abest ut *Apollonium* supplendum esse censeam, ut contra lucem potius ex *Schol.* ipsi affuderim *Hesychio*. Hujus enim, σταθμῷ τῷ ἀποδίδοσαι, idem valet, quod *Scholiastae*, ὥσπερ σταθμῷ δεδανεικότες. — Brevis, sed percommoda *Suidae* glossa diligentiam fugisse vi-

videtur interpretum. ἀποστίζονται. ΟΙ ΔΗ ΣΤΑΘΜΟΙ [illegible] ΔΩΣΙΝ ἼΣΟΝ.

EXCURSUS VII.

AD PAG. 259. OBS. 6. ET PAG. 673. OBS. 8.

Disputatur de Il. X. 491.

In luctuoso Hectoris fato, futuras orbi Astyanactis injurias; praesagiente animo, ita deplorat Andromache, Il. x. 490. —

Ἦμαρ δ' ὀρφανικὸν παναφήλικα παῖδα τίθησι.
Πάντα δ' ὑπεμνήμυκε, δεδάκρυνται δὲ παρειαί.
&c. &c.

Singularem verbi formam ὑπεμνήμυκε duobus locis tractavit *Apollon. p.* 259.

ἘΜΝΗΜΥΚΕ. συνθέτως λέγεται μετὰ τῆς ὑπὸ,
Πάντα δ' ὑπεμνήμυκεν.
μεταφράζεται δὲ εἰς τὸ κατανένευκεν.

& *p.* 673.

ὙΠΕΜΝΗΜΥΚΕΝ ἐν τῇ Χ ῥαψῳδίᾳ τῆς Ἰλιάδος ἐν ἀθετουμένοις στίχοις. πάντα δ' ὑπεμνήμυκεν. ὁ Ἀρίσταρχος ἀποδίδωσιν, ὑποκατανένευκται, ὅθεν Ἀπίων φησὶν, ὑπομέμυκε καὶ κλαίει. ἐπιφέρει γάρ·

—— Δεδάκρυνται δὲ παρειαί.

ἐν δευτέρῳ δὲ ἀποδίδως, ἵνα ᾖ, ἀνάμνησιν ἔλαβεν. βέλτιον δὲ τὸ Α.

In eadem forma haeserunt etiam Interpretes recentiores, in quibus parum probabili conjectura locum tentandum censuerunt *Barnes.* ad l. l. & *Lennep.* ad *Coluth. p.* 148. ; ille quidem edendo ὑπεμνήμυκε: hic autem substituendo, ἐπ' ἤμμ' ἤμυκε. Sed; in maximo praesertim & codicum MStorum & Interpretum antiquorum

rum consensu; nihil innovare quam ita corrigere praestiterit. Videndum potius in quam sententiam antiqua lectio optime accipiatur. Varias interpretandi vias Veteres tentarunt Grammatici. Una de istis tuto praetermittetur: εἰς ἀνάμνησιν ἦνίξεν: tam parum enim apparet, quo modo ex hac forma exsculpi potuerit, ut *Barnesium* induxerit ad emendandum ὑπεμνήμυκεν. — Huic reliquas ita praemisit *Schol.* ad l. l. Ὑπεμνήμυκε. κατημέμυκε, κατεστύγνακε. κάτω βλέπει. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἐπὶ τοῦ ΚΑΤΑΝΕΝΕΥΚΕ ἐκδέχεται. Ubi *Apollonii* auctoritate restituendum videtur ΚΑΤΑΝΕΝΥΚΤΑΙ. — Verum de his universis prima quidem interpretatio, κατημέμυκε, sive, quod *Aploni* tribuit *Apollon.*, ἐπιμέμυκε, ideo parum commoda censenda est, quod ducatur a verbo μύειν, unde non video quomodo formari potuerit ὑπεμνήμυκε. In caeteris autem omnibus Grammatici duas praesertim notiones secuti esse videntur verbi Ἠμύειν, ὑπημύειν, unde per *diplasiasmum* & *pleonasmum*, pro ὑπήμυκε, formatum fuerit ὑπεμήμυκε, ὑπεμνήμυκε. (V. *Etymol.* p. 777. v. 46. *Eustath.* p. 1282. v. 24. *Valck. Var. Lect. Schol. Mst. ad Il.* X. p. 74b.) — Simplex scilicet verbum Ἠμύειν, usu *Homerico* significat *inclinando ruere*, v. *Apollon.* v. Ἠμύειν. Hinc primo ἠμύει κάρη, ἠμύειν κάρηατι dixit Poëta pro *inclinare caput*, Il. Θ. 308. Τ. 405. idque ipsum posterior locus satis probat quam proprium sit lugentibus. Cum enim equis suis Achilles amissi in pugna Patrocli memoriam renovasset, de equis unus, Xanthus, prae dolore

> —— ἤμυσε κάρηατι, πᾶσα δὲ χαίτη,
> Ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν, οὖδας ἵκανεν.

ex quo intelligitur, unde prior illa fluxerit interpretatio, κάτω βλέπει. Verum ex *inclinandi* hac & *ruendi* notione altera deinde in eodem verbo nata est, *concidendi* & *flaccescendi*, modo ad *corpus*, modo ad *animum* relata, unde ipsam nostram formam ὑπημύειν genis tribuit, quae *concidant* prae dolore & *marcescant*, *Coluth.* v. 332.

> Οὐχ' ὁρόας; γοεροὶ μὲν ὑπημύουσι παρειαί.

Atque hujusmodi praesertim notionem spectasse videntur, qui cum *Aristarcho* reddiderunt κατανένυκται, κατεστύγνακε. Πάντα κατήμυκε, *omnino concidit animo. compunctus est.* Quemadmodum Heroës apud *Apollon. Rhod.* II. 864.

> —— ΚΑΤΗΜΥΣΑΝ Δ' ΑΧΕΕΣΣΙ
> Θυμὸν, ἐπεὶ μάλα πολλὸν ἀπ' ἐλπίδος ἔπλετο νόστος.

ubi vere & commode *Schol.* κατήμυσαν· ἐστύγνασαν τοῖς λύπαις, ὅτι ἀπηλπίκασι τὴν σωτηρίαν παντάπασι. — Atque haec eadem in-

interpretandi ratio valere poterit, etiamsi facillimam *Toupii* Viri cl., & modestissimam criticam admittas, *Epist. ad Celeb. Glocestr. Episcop. p.* 72. *sq.*

ἌΝΤΑ Δ' ὙΠΕΜΜΗ'ΜΥΚΕ &c.

vel, quod in contextum recepit Cl. *Wolf.*

ΠΆΝΤΑ Δ' ὙΠΕΜΜΗ'ΜΥΚΕ &c.

EXCURSUS VIII.

AD PAG. 288. OBS. 1.

De vi verbi ἀΐειν ad Od. Σ. v. 11

Od. Σ vs. 10. Ulyssem ita objurgat Irus:

Εἶκε, γέρον, προθύρου, μὴ δὴ τάχα καὶ ποδὸς ἕλκῃ.
Οὐκ ἈΙ'ΕΙΣ, ὅτι δή μοι ἐπιλλίζουσιν ἅπαντες,
Ἑλκέμεναί δὲ κέλονται; ἐγὼ δ' αἰσχύνομαι ἔμπης.

Pro ἈΙ'ΕΙΣ, quod textus & Commentarii Homerici, itemque *Porphyr. Q. H. c.* 11. *extr.* & *Etymol. p.* 361. *v.* 42. exhibent, *Apollon. p.* 288. legit ὁρᾷς. Quod ne quis forte praeferendum esse censeat, animadvertenda hic loci est amplior multo notio verbi ἀΐειν, quam quae sola *audiendi* facultate contineatur, utpote quod communi sentiendi significatione ab ipso Poëta ponitur. *Il.* Λ 532.

—— Ἵμασεν καλλίτριχας ἵππους
Μάστιγι λιγυρῇ· τοὶ δὲ, ΠΛΗΓΗ'Σ ἈΙ'ΟΝΤΕΣ,
Ῥίμφ' ἔφερον.

Ubi *Schol.* Ἀΐοντες, primum interpretatur αἰσθόμενοι, quod *Hesych.* secutus est & noster v. κλύοντες; deinde vero haud paullo deterius ἀκούσαντες.

Il. Κ. 159.

Ἔγρεο, Τυδέος υἱὲ, τί πάννυχον ὕπνον ἀωτεῖς;
Οὐκ ἈΐΕΙΣ, ὡς Τρῶες ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο
ἙΙ'ΑΤΑΙ ἄγχι νεῶν

Schol. iterum οὐκ αἰσθάνῃ; οὐκ ἀκούεις. Ex eodem fonte explices oportet, *Od.* Α. 298. *Il.* Ο. 248. & maxime 252.

καὶ

> Καὶ δὴ ἔγωγε ἐφάμην νίκας καὶ δῶμ' Ἀΐδαο,
> Ἤματι τῷδ' ὄψεσθαι, ἐπεὶ φίλον ἌΙΟΝ ἦτορ.

Ubi, quod posteriori loco habet *Schol.*, ἐπεὶ ᾔσθόμην, ἀλγήσας τῆς ψυχῆς. Ἄΐον γὰρ νῦν τὸ ᾔσθόμην. *Apollon.* v. Ἄΐον, merito praetulit alteri, quam priori loco *Schol.* posuit, interpretationi: Ἀπέπνευσα τὴν ψυχήν. — Quin ipse *Eustath.*, quamvis p. 1831. v. 47., *Barnesio* ad subtiliorem explicationem praeivisse videatur, tamen meliora docet ad *Il.* κ. 159. *p.* 796. *v.* 34. ἐν τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ κεῖται καὶ ἀΐειν, τὸ εἰδέναι, ἢ γενικῶς αἰσθάνεσθαι: —— Caetera etiam hujusmodi verba, norunt Eruditi, quam frequenter a Graecis Latinisque a corporis sensibus ad mentis intelligentiam transferantur.

EXCURSUS IX.

AD PAG. 295. OBS. 7.

De forma difficiliori ἐπώχατο *& de lectionis varietate* Il. M. 340.

Menestheus a Lyciis in turri sua oppugnatus, *Il.* M. 340, eo graviore versatur in periculo, quod clamantis ad socios, & auxilium implorantis vocem nemo potest audire;

> Τόσσος γὰρ κτύπος ἦεν, ἀϋτὴ δ' οὐρανὸν ἷκε
> Βαλλομένων σακέων τε καὶ ἱπποκόμων τρυφαλειῶν,
> Καὶ πυλέων. ΠΑΣΑΣ γὰρ ἐπώχατο· τοὶ δὲ κατ' αὐτὰς
> Ἱστάμενοι πειρῶντο βίῃ ῥήξαντες ἐσελθεῖν.

Tractat hunc l. *Apollon. p.* 295. v. ἐπώχατο, atque ita interpretatur: ἐπώχατο· ταῖς ὀχεῦσι λεγομέναις. ὅπερ ἐστὶ μοχλοῖς, ἐπεὶ ΚΕΚΛΙΜΕΝΟΙ ἦσαν ἐπωχλισμέναι, ὅ ἐστι ἐσφαλισμέναι ΠΑΣΑΙ, τὸ γὰρ ΠΑΣΑΙ ἀντὶ τοῦ ὅλαι:

> —— —— ΠΑΣΑΙ γὰρ ἐπώχατο.

Eandem lectionis varietatem servavit etiam *Eustath. p.* 909.

 v. 13.

v. 13. *seqq.* ἐπῴχατο, ὅ ἐστι δὲ ὀχέων ἤτοι μοχλῶν ἠσφαλίσαντο κλείσαντες οἱ Ἀχαιοί. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἐπῴχατο σημαίνει τοὶ . . . Καὶ τὸ ἀνεῳγμέναι [forte ἐπιεῳγμέναι] ἦσαν. *Etymol.* p. 368. v. 36. Ἐπῴχατο . . . ἀπὸ τοῦ οἴγω, ἀντὶ τοῦ κεκλεισμέναι (L. κεκλεισμέναι) ἦσαν. *Id.* 657. v. 24. ΠΑΣΑΙ γὰρ ἐπῴχατο. ἀντὶ τοῦ κεκλεισμέναι ἦσαν. *Hesych.* denique Ἐπῴχατο. ἐπικεκλεισμέναι ἦσαν. — In multis scilicet difficilioris formae interpretationibus nonnulli ἐπῴχατο per syncopen dictum esse censebant, pro ἐπωχέατο, quod Ionice valere putabant ἐπώχηντο, tertiam pluralem praeteriti plus quam perfecti verbi ἐποχέω, *repagulis occludo.* Corrupto igitur *Apollonio* pro ἀντὶ κεκλεισμέναι, veram interpretationem reddere licet ex *Hesych. l. l.* ἐπικεκλεισμέναι. — Quod autem postea addit: τὸ γὰρ πᾶσαι ἀντὶ τοῦ ὅλαι: mutuatus esse videtur ab *Aristarcho*, quem hujus sententiae auctorem laudat, citatus a *Villois.* ad *Apollon.* v. πᾶσαι, *Etymol.* p. 657 Πᾶσαι . . . ἐπὶ τοῦ ὅλαι — πᾶσαι ὤιγνυντο πύλαι. (*Il.* B. 809.) Οὐ γὰρ πολλαὶ ὑπῆρχον πύλαι, κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον, καὶ . . . πᾶσαι γὰρ ἐπῴχατο — ἀντὶ τοῦ κεκλεισμέναι ἦσαν. Diutius in his morati sumus quod & simplicissima videtur, & propterea unice praeferenda haec ipsa, quam explicuimus, loci *Homerici* interpretatio. „ Summus „ erat & scutorum & galearum & ipsarum denique portarum „ strepitus ac fragor: OCCLUSAE enim PORTAE erant, „ & VI PERRUMPERE nitebantur Lycii." —

EXCURSUS X.

AD PAG. 303. OBS. 6.

Tentatur PLATO *Phaedon.* p. 400. C. (*Ed. Ficin.*)

A*pollon.* p 305. Ἐρυμνὸν, ὑψηλόν. Τὰ ἐρυμνὰ passim opponuntur τοῖς πεδινοῖς. Vid. *Ruhnken.* Vir Cl. ad *Tim. Lexic. Platon.* p. 88. Coll. *Apoll. Rhod. II.* 165. *Etymol.* v. Ἐρυμνά. Ἰσχυρά, ὑψηλά. — Usum adjectivi Homericum solus notavit *Apollon.* — ipse autem Poëta, ut nunc quidem editur, nullum habet locum, ubi vel invenias certe hanc formam vel com-

commode restituas. — Quam certe *Il.* Δ. 167. Jovi tribui Ἐρεμνὴν αἰγίδα, vix appellare potuit ἐρυμνήν? Cum vero *Od.* Ω. 106. Amphimedonta descendentem ad inferos,

— προτέρη ψυχὴ προσεφώνεεν Ἀτρείδαο,
Ἀμφίμεδον, τί παθόντες ἘΡΕΜΝῊΝ γαῖαν ἔδυτε;

An Acherusiae paludis situm cogitare & scribere potuit, ἐρυμνὴν γαῖαν? *Apoll. Rhod. II.* 731.

Ἠῶθεν δ' ἀνέμοιο διὰ κνέφας εὐνηθέντος,
Ἀσπασίως ἄκρης Ἀχερουσίδος ὅρμον ἵκοντο.
Ἡ μέντε κρημνοῖσιν ἀνίσχεται ἠλιβάτοισιν,
Εἰς ἅλα δερκομένη Βιθυνίδα·

Ubi *Schol.* Ἡ περὶ Ἡράκλειαν Ἀχερουσιὰς καλουμένη (forte addendum λιμνὴ) πανταχόθεν ἐκ θαλάσσης ἐστὶν ὑψηλή τε καὶ ἀπόκρημνος καὶ ἀπονένευκεν εἰς δυσμάς, εἰς τὸ περὶ τῆς Βιθυνίας πέλαγος· καὶ ὅτι προσπίπτον αὐτῇ τὸ κῦμα σφοδρῶς ἀποτελεῖ ἤχους. . . . καὶ ὅτι δοκεῖ αὐτόθι κατάβασις εἰς ἅδου ὑπάρχειν. & paulo post ad *vs.* 736. κατὰ τὸ πρὸς Ἤπειρον δὲ καὶ μεσημβρίαν μέρος τῆς Ἀχερουσίας ἄκρας, τὸ Ἀχερόντειον σπήλαιόν ἐστι καὶ τὸ χάσμα τὸ κατὰ γῆς Haec, quae maximam partem olim annotavit NYMPHIS *in libris de Heraclea*, si parum ad posteriorem *Homeri* locum constituendum pertinere videantur; fortasse tamen viam nobis aperient, qua apud *Platonem* sedem investigemus Glossae *Timaei* supra laudatae, in celebri de fluuiis inferorum loco, *Phaedon. p* 400. C. Τούτου δὲ (scil. Ὠκεανοῦ) κατ' ἀντικρὺ καὶ ἐναντίως ῥέων. Ἀχέρων; ὃς δι' ἘΡΉΜΩΝ τόπων ῥεῖ ἄλλων, καὶ δὴ ὑπὸ γῆν ῥέων, εἰς τὴν λίμνην ἀφικνεῖται τὴν Ἀχερουσιάδα. — Ad ipsam certe rei naturam & Acherusiae paludis altitudinem satis accommodate legere liceret, ὃς δι' ἘΡΥΜΝΩΝ τόπων ῥεῖ &c. — *Orpheus* editum quoque Acheronti & inferorum portis tribuit locum *Argon. vs.* 1126. *seqq.*

Ἵξομεν ἀγκῶνα στυφελὸν καὶ τηνεμὸν ἀκτὴν,
Ἔνθά περ ἀμβλύζων ποταμὸς δίνῃσι βαθείαις,
Θείῳ χρυσορόας Ἀχέρων κρυεροῦ διὰ χώρου,
Ἀ. γυροειδὲς ὕδωρ προρέων. λίμνη τε κελαινὴ
Ἀνδέχεται — — — —
— — — — —
— — — — —
Ἀμφὶ δὲ οἱ χθαμαλή τε καὶ εὔβοτος Ἑρμιονεὺς
Τείχεσιν ἠρήρεισαι ἐυκτιμέναις ἐπ' ἀγυιαῖς.
— — — — —
— — — — —
— — — — —

—— —— χιλίαι δ' οἱ εἰσι πόληες,
Ἄρρητοι τ' αἴδαο πύλαι, καὶ δῆμος ὀνείρων.

Quo & *Orphei* loco & *Scholiastae Apollonii Rhod.*, augeri potest pererudita *Heynii* Viri Cl. Disputatio ad *Virgil. AEn.* VI. *Excurs.* II. & IX. ——

EXCURSUS XI.

AD PAG. 675. OBS. 5.

De vi formae Ὑπερδέα ad *Il.* P. 330.

Periphantis sub persona Apollo AEneam l. l. ad pugnam cohortatur, his verbis:

> Αἰνεία, πῶς ἂν καὶ ὑπὲρ θεὸν ἐρύσαισθε
> Ἴλιον αἰπεινήν; ὡς δὴ ἴδον ἀνέρας ἄλλους
> Κάρτεϊ τε σθένεϊ τε πεποιθότας, ἠνορέῃ τε,
> Πλήθεϊ τε σφετέρῳ, καὶ ΥΠΕΡΔΕΑ δῆμον ἔχοντας.
> Ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσι
> Νίκην· ἀλλ' αὐτοὶ τρεῖτ' ἄσπετον, οὐδὲ μάχεσθε. ——

Referenda ad hunc locum est Glossa *Apollonii*, quam *p.* 674. *obs.* 5. ita constituendam esse censuimus, ut duplex indicaretur interpretatio adjectivi ὑπερδέα. —— Ὑπερδέα, ὑπὲρ δέος ὄντα· ἀδεῆ, οἷον, ἐλάσσονα κατὰ δύναμιν. —— Priorem solam proposuit *Eustath.* ——: Posteriorem *plane abhorrere a mente Poëtae* contendit, rejecta etiam *Apollonii* auctoritate, *Alb.* Vir Cl. ad *Hesych. h. v.* Verum enim vero, uti alteram illam, ita & hanc potestatem formae isti tribuerunt & *Hesych.* & *Etymol. M.*, *Apollonii*, credo, vel aliorum interpretum Homericorum rationes secuti. *Scholiastes* quoque ad l. l. ὑπερδέα, interpretatus est ὑπερδέοντα; quod haud scio an temere ab Editoribus *Cantabrigiensibus p.* 769. tentatum, & a *Barnes.* in ipso textu mutatum sit in ὑπὲρ δέος ὄντα: Veterem certe lectionem tueri videntur, quae in iisdem *Scholiis* proxime praecedunt, τῷ πλήθει τοῦ λαοῦ καὶ περ

ἘΔΑΙ-

ἘΛΑΤΤΟΥΜΕ'ΝΟΥΣ, ἀλλὰ περιόντας τῶν πολεμίων διὰ τὴν ἀνδρείαν. Tantum denique abest, ut *plane* hoc *abhorrere a mente Poëtae* videatur, ut contra, quo saepius ac diligentius cogites, eo magis dubites utra interpretatio sit praeferenda. — „ Quomodo Vos ", ita AEneam hortatur *Apollo*, „ quomodo Vos, urbem etiam invito Deo servaretis, qui „ vel propitio Jove fugitis? Vidi ego olim viros, qui etiam „ adverso Numine urbem tuerentur, qui & fortitudine, & „ robore, & virtute, & denique multitudine sua niterentur „ ad victoriam, *etiamsi copiarum numero essent inferio-* „ *res.*" Haec, ut puto, commode dici potuerunt ad cohortandum Ducem Trojanorum, qui contra ea copiis abundabant, utpote quorum Socios & auxilia ita alloquitur Hector *vs* 220.

Κέκλυτε, ΜΥΡΙ'Α ΦΥ'ΛΑ περικτιόνων ἐπικούρων, &c.

EXCURSUS XII.

AD PAG. 685. OBS. 2.

Disputatur de Od. K. 124.

Apollon. v. Φέροντο, uti quidem vere correxit Cl. *Villoison.* — Φέροντο. ἐν τῇ Κ Ὀδυσσείας, ἀντὶ τοῦ περιεφέροντο.

Ἰχθῦς ἀσπαίροντας ἀτερπέα δαῖτα φέροντο.

Saevi scilicet & immanes, l. Od. l., narrantur Laestrygones, qui in socios Ulyssis eorumque naves impetum faciebant;

Μύριοι, οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ Γίγασιν,
Οἵ ῥ' ἀπὸ πετράων ἀνδράχθεσι χερμαδίοισι
Βάλλον. ἄφαρ δὲ κακὸς κόναβος κατὰ νῆας ὀρώρει,
Ἀνδρῶν ὀλλυμένων, νηῶν θ' ἅμα ἀγνυμενάων·
Ἰχθῦς δ' ὣς, πείροντες, ἀτερπέα δαῖτα φέροντο.

Maxima fuit Veterum Criticorum de constituendo & interpretando hoc loco dissensio: Primum enim quatuor diversae ferebantur lectiones; πείροντες, εἴροντες, σπαίροντες, ἀσπαίροντα.

Deinde vero, qui primam tuebantur lectionem, πείροντες, non eodem sensu accipiebant singuli: partim enim ἰχθῦς πείροντες, ut primi casus nomina, interpretabantur, νηχόμενοι καὶ ὥσπερ περῶντες τὸν λιμένα. „ Laestrygones, *tanquam pisces, por-* „ *tum nando trajicientes*, tristes epulas comedebant." partim ἰχθῦς quarti casus formam, participium autem πείροντες *transfigendi* notione positum esse contendebant, & reddebant adeo „ Laestrygones *Graecos tanquam pisces transfigentes*, „ tristes epulas &c." ——

Insignem hanc & lectionis & interpretationis varietatem servavit *Schol.* & hic quidem loci neglectus fere a recentioribus *Eustath. p.* 1651. *v.* 10 *seqq.* —— Nobis quidem prae caeteris placet, quod secutus est *Apollon.*, ἀσπαίροντας: Quod enim eodem redit, ὡς σπαίροντας, prae duriore sibilantium literarum concursu, a faciti Poëtae suavitate alienum videtur. —— Ejectos fractis navibus Graecos invadunt Laestrygones.

Ἰχθῦς δ' ἈΣΠΑΙΡΟΝΤΑΣ. ἀτερπέα δαῖτα φέροντο

i. e., interprete *Eustathio*, ὡς ἰχθῦς ἀσπαίροντας αὐτοὺς ἐδαίνυντο. Frequentissime apud Poëtam correpti ad necem, itidemque reluctantes, dicuntur ἀσπαίρειν Unum de multis sufficerit exemplum: Il. Μ. 203. correptum unguibus serpentem fert aquila

Ζωὸν, ἔτ' ἈΣΠΑΙΡΟΝΤΑ.

Vix ullus tamen in *Homero* locus, *Apollonii* hanc lectionem magis commendat, quam *Od.* Μ. 254. ubi, cum sex Ulyssis socios Scylla e navi sustulisset, mox elegans haec additur comparatio:

> Ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προβόλῳ ἁλιεὺς περιμήκεϊ ῥάβδῳ
> Ἰχθύσι τοῖς ὀλίγοις, δόλον κατ' εἴδατα βάλλων,
> Εἰς πόντον προΐησι βοὸς κέρας ἀγραύλοιο.
> ἈΣΠΑΙΡΟΝΤΑ δ' ἔπειτα λαβὼν ἔῤῥιψε θύραζε
> Ὡς οἵγ' ἈΣΠΑΙΡΟΝΤΕΣ ἀείροντο προτὶ πέτρας.

Eundem usum observavit *Etymol. p.* 722. *v* 53 Ἤσπαιρεν, ὡς τὸ ὅτε τις βοῦς ἀσπαίρῃ. Καὶ ἀσπαίρειν καὶ σπαίρειν, ἄτακτόν τινα κίνησιν δηλοῖ, ὃ γίνεται ἐν ΙΧΘΥΣΙ, καὶ ἐν τῇ δεδεμένῃ κατὰ ποίμνην βοΐ. (*Homer. Il.* Ν. 571.)

> —— ὁ δ' ἑσπόμενος περὶ δουρὶ
> ἩΣΠΑΙΡ', ὡς ὅτε βοῦς. τόν τ' οὔρεσι βουκόλοι ἄνδρες
> Ἰλλάσιν οὐκ ἐθέλοντα βίῃ δήσαντες ἄγουσιν·

E X-

EXCURSUS XIII.

AD PAG. 727. OBS. 2.

De Il. N. 707.

Ambo Ajaces, proxime alter alteri, Trojanorum ordines disjicientes, illustrissima imagine, l. l., ita contendere dicuntur,

> —— Ὡς δ' ἐν νειῷ βόε οἴνοπε πηκτὸν ἄροτρον
> Ἶσον θυμὸν ἔχοντε τιταίνετον, ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν
> Πρυμνοῖσιν κεράεσσι πολὺς ἀνακηκίει ἱδρώς,
> Τὼ μέν τε ζυγὸν οἶον ἐΰξοον ἀμφὶς ἐέργει
> Ἱεμένω κατ' ὦλκα, ΤΕ΄ΜΝΕΙ δέ τε τέλσον ἀρούρης. ——

Quod in ultimo versu habent Editiones τέμνει, *Cod. Harlej.*, *Schol.* & *Eustath.* *p.* 955. *v.* 25. scribunt τεμεῖ. —— Discessit tamen ab utrisque *Barnes.*, & edidit τάμοι, quod quamvis rejecerit postea *Clarkius*, non tamen *de nihilo esse* censuit, *quod Barnesius Codices mendosos esse suspicetur*; *Ernestus* autem, inter *corrigenda & addenda in Var. Lect.* „ *Jortinus* (inquit) V. C. legi volebat ταμόν τε ζ. V. *Jour-* „ *nal Britann. T. V. p.* 439., quod non procul a *Barnesii* „ conjectura, nec deterius." —— Verum, quod primo statim loco offendebat *Barnesium*, ζυγὸν τέμνει τέλσον ἀρούρης, cum *Clarkius* merito tolerandum censuit, tum unus satis tuetur prosaïci & modesti inprimis scriptoris, *Varronis* locus, *R. R. I.* 29. 3. „ Qua *Aratrum* vomere *lacunam striam* „ *facit*, sulcus vocatur" quod *aratro* tribuit *Varro*, quidni *Jugo* tribuere potuit *Homerus*? —— Sed „ Vox τέμνει (ita „ urget *Clarke*) & quae ejusmodi sunt, in poëmate epico, „ ubi Oratio grandis & sublimis esse debet, . . . *rarissime* „ *corripiuntur.*" Corripiuntur igitur *interdum*, & quidni in summo omnium *Codicum* & *Grammaticorum* consensu, hic locus de rarissimis istis unus sit? —— Denique instat uterque, „ *Eustath. ad Il.* Θ. *v.* 87. Homerum tradit non „ τέμνει, sed *semper* scripsisse τάμνει, & hoc etiam loco, „ quamvis totam similitudinem minutatim expendat, ne γὰρ

„ quidem de hoc verbo monet" moniturus scilicet, si in suis exemplaribus legisset τίμνε: Sed vereor equidem ne parum diligens *Barnesii* festinatio ipsum hic *Clarkium* propulerit in errorem: Locus certe *Eustathii* a *Barnesio* indicatus, non potest eo valere, quo ab ipsis adhibetur. Ad verba scilicet Poëtae,

— Γέρων ἵπποιο παρηορίας ἀπέταμνε.

hanc tantum observationem subjecit doctissimus interpres: τὸ δὲ ἈΠΈΤΑΜΝΕΝ ἀρχαίως εἴρηται &c. εἰ δὲ καὶ ἦν εἰπεῖν ἈΠΈΤΕΜΝΕ κοινότερον, ἀλλ' Ὅμηρος τὴν κατ' αὐτὸν Ἰάδα γλῶσσαν τιμᾷ, τὸ ΤΈΜΝΕΙΝ, ΤΆΜΝΕΙΝ λέγουσιν. Haec igitur an significant ΤΈΜΝΕΙΝ *nusquam apud Homerum exstare*, uti contendit *Barnes.*, an vero simpliciter *Homerum* docent isto, qui explicatur, loco dialecto uti voluisse Ionica? ignorare profecto *Eustath.* non potuit, communne illud τέμνειν a Poëta usurpatum esse *Od.* Γ. 17ς.

— Ἠνώγει πέλαγος μέσον εἰς Εὔβοιαν ΤΈΜΝΕΙΝ.

Ubi nihil varietatis annotarunt interpretes, nihil ipse *Eustath.*, cujus praeterea de Dialecto Ionica observatio, in hoc, de quo disputamus, loco non audaciorem *Barnesii* criticam tueri, sed eam tantum vim habere posset, ut pro τέμνει legeretur τάμνει.

T A N T U M.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 3. Obſ. 4. Addas, „ Eodem loco utitur *Ammon. p.* 3. "

P. 6 Obſ. 4. Addas „ Ἄκτοι „ habet Cod. Mſt. Il ᴢ. „ 271. "

P. 11. Obſ. 3. Addas „ Conf. „ Valck. V. Cl. *Digreſſ.* „ *Theocrit. p.* 216.

P. 13. V. Ἀγαπήνορ@ Add. „ Eadem fere Gloſſa repetitur p. 30. V. Ἀγαπήνορα. "

ἀγαπανὶ@ l. ἀγαπᾶνὶ@

ἠιορίην l. ἠιορίην.

P. 15. Obſ. 3.

Il. Δ. 728. l. Il. Λ 728.

P. 21. Obſ. 1. Addas. „ Conf. *Schol. ad Od.* Ζ. 42.

P. 23. Obſ 10.

quo metro, l. *quod metro*

P. 26. Obſ. 7.

pro L. *nuncio* l. *pro nuncio*

P. 29. V. Ἀγίρωχοι

τὴν λέξιν ἐπὶ τῦ ψόγυ ταύτην τάσσί. emendandum videtur, τὴν λέξιν ταύτην ἐπὶ τ ψόγυ τάσσί.

P. 30. v. Ἀγαπήνορα. Add. „ Conf. ſupra v. Ἀγαπήνορ@, p. 13. —

P. 33. Obſ. l. 2. *feliſius* l. *felicius*

P. 34. Obſ. 4. „ *ſupra* No. „ 6. l. *pag. praeced. Obſ.* „ 8. "

P. 39 Obſ. 5. ἴᾶσαι, l. ἴᾶσαι. ἕ ι, ἴσαι l. ἕ ἴᾶσαι.

P. 42. Obſ. 3. „ No. 8. l. p. 38. Obſ. 5. "

P. 51. Obſ. 1. Addas. *Od. T.* 478.

P. 53. v. Αἴθων Addas „ Conf. „ infra ad v. Ἐπιſκυνίδιοσι. „ p. 277., ut intelligatur „ ſupplendum eſſe ὅταν λέ„ γῃ, ὅταν εἴπῃ. "

P. 54. ΑἹΜΟΝ. l. ΑἹΜΟΝΑ

P. 56. l. 62. ἐπεί@ τ ποιεῖν l. ἐπεσσί τε ποιεῖν

P. 60 ΑἸΟΛΛΗ'. l. ΑἸΟΛΛΗ'.

P. 62. Obſ. 2. Add. „ Conf. „ *Ern. ad l. l.* "

P. 64 Obſ. 2. Addas. „ Forſan tamen in accuſativo, „ τὸ, ſupplendum erit, „ ὅταν λέγῃ &c. Conf. quae „ dicta ſunt, ad v. Αἴθων. „ p 53. & ad v. Ἐπιſκυνίδιοσι p. 177.

P. 73. Obſ. 3. Addas, „ Conf. „ infra v. κῶτις. p. 406.

P. 77. Obſ. 5. Addas. „ & „ jure merito recepit in „ contextum Cl. Wolf.

P. 80. Obf. 2. poft verbum ἱπτερίμαι, addas „ vel ... „ ... (Conf. *Villoif.* ad v. Παλάς p. 526.)"

P. 87. Obf. 5. Addas. „ Nomen fcilicet ἰδῆτα ad „ ipfam Gloffae explicationem referendum eft, non „ vero ad verfum Homericum. "

P. 110. Obf. 2. Addas. „ Conf. *Il.* X. 28, 317. „ &c. "

P. 116. Obf. 3. Addas „ juvat conjecturam *Villoifoni*, Viri Cl., quod „ & praecedens & fequens „ Gloffae ad eandem pertineant Od. φ "

P. 124. Obf. 3. Od. B. 168. l. Od. B. 186.

P. 126. Obf. 2. Addas. „ Conf. „ *Alb. Vir* Cl. *ad Hefych.* „ & laudatis ab ipfo Eruditis adde *T. H. ad Lucian. T. I. p.* 108 "

P. 128. Obf. 3. Addas. „ Accufativum tamen ... „ ..., tueri forte poterunt, quae difputata funt „ ad v. Αἴθεφ p 64. &c. —

P. 129. V. ... — Addas; „ ..., an legendum ...? "

P. 141. Obf. 2., Il. Π. 856. l. Il. Π 857.

„ *V. Cl. Valcken.* " Addas. „ Conf. tamen *Cl.* „ *Schrad.* ad *Muf.* p. „ 106 & 307. „ *Il.* praeterea Ω. 6. ... tuentur, fed fimul reprobatos a nonnullis iftos verficulos fuiffe docent *Scholia Porphyrii* edita cum „ *Syntipae fabulis* a Cl. „ *Matth.* "

P. 142. Obf. 7. Il. A l. Π. A. Obf. 8. Od. k. Addas. v. 227. Obf. 9. 227. l. 228.

P. 150. Obf. 2. Addas „ & „ *Cl. Valcken. ad Theocr.* „ *Adoniaz. p.* 202. *fqq.* "

P. 157. v. Ἀγγέν... τῆς ταχίας Corrigendum videtur τῆ ταχίων. Vid. Cl. *Waffenb. ad Paraphr. Il. Δ.* 50.

P. 160. Obf. 9. Addas „ Conf. *Schol.* Cod. Hamb. „ *in Bibl. Phil & Crit.* „ VI. *Fafc.* 2."

P. 163. Obf. 6. Addas. „ Praetulit etiam *Valck. ad* „ *Ammon.* p. 126."

P. 164. Obf. 3. Addas. „ Τὴ „ ... „ ..., de meretricibus accipiendum videtur, quae „ formam vendant. V. „ *Ruhnk. ad Hefych. T. II.* „ *p.* 1594. Gloffae fedes „ eft, Il. Z. 446. &c. "

P. 165. v. 2. ὁ μὲν ... ... „ Conf. *Valck. de Schol.* „ *Leid. p.* 111."

P. 166. Obf 1. Addas. „ Confirmat *Apollonii* obfervatio emendationem *Schol.* „ ad Il. Ω 124, quam „ propofuit *Toup.* Vir Cl. „ *Epift. ad Warton. p.* „ 342. "

P. 178. Obf. 4. Il. χ. 826 l. Il. ψ. 826.

P. 179

P. 179. Obf. 2. „ εἰς ὁμιλίαν αὐδᾶς l εἰς ὁμιλίαν αὐδῆς.

P. 183. Obf. 1. Addas. „ Confutat *Villoifoni* conjectu„ ram *Schol.* ad Gloffae fe„ dem: Il. O. 717."

P. 188. Obf. 1. οἶον ἄνθὰ σεσεβάλη. Addas. „ Conf. infra V. „ οἷος αὐτῷ p. 492."

P. 188. Obf. 2. Addas. „ Conf. „ ipfe Apoll. v. ἀέτω p. „ 39."

P. 192. Obf. 2. „ Il. N. 397. l. Il N. vf. 393."

P. 192. Obf. 2 Addas. „ Conf. *Cl. Valck.* ad „ Ammon. p. 32 infra ἐβε„ βρύχει p. 237. ἀναβέβρυ„ χεν p. 125. *Pierfon.* ad „ Moer. p. 99 fq."

P. 196. Obf. 7. Addas. „ Conf. infra v. κέρ' ἀγλαέ. „ p. 394."

P. 197. Obf. 2. „ Idem quo„ que; l. Idem quoque

P. 202. v. 2. Γαυλοί. Addas. „ Conf. *Rubnk.* Vir. Cl. „ *in Auctar Emend ad* „ *Hefych. T. I. p* 804

P. 207. Obf. 4. Addas. „ Conf. „ *Cl. Rubnk. ad Tim p.* „ 120."

P. 209. v Γραπτῦς. Addas. „ Vid. Od. Ω. 228."

P. 215. v. Δαρδάπτουσι. Addas. „ Vid. Il. Λ. 479. „ &c."

— Obf. 3. Addas. „ *Apol-* „ *lonii* doctrinam nomina„ tim recenfet *Schol. Mft.* „ *ad. Il. K.* 408"

P. 216. Obf. 6. extr. „ po„ tulit l. protulit"

P. 218. v. ΔΕΙΚΝΑ'ΑΣΘΑΙ. ΔΙΚΑΝΑ'ΑΣΘΑΙ.

P. 224. Obf. 1. „ διδυμάοις l. „ διδυμάοις"

— — Addas. „ Obfer„ vationem noftram con„ firmat *Schol. Mft.* ad „ Il. E. 548."

P. 225. Obf. 10. Addas. „ Conf. *Cl. Valcken. ad* „ *Theocr. Adoniaz.* p. „ 376"

P. 227. Obf. 7. Addas. „ Conf. *T. H. ad Lu-* „ *cian.* T. 1. p 56."

P. 231. v. Δεικύα. Addas „ Vid. *Il.* Θ. 340."

P. 232. Obf. 5. „ διαμίσσεται. „ l διαπρίσσεται."

P. 233. v. Δύσπαρι. — „ κα„ κῶς παρωνομασμένη Le„ gendum omnino videtur, „ κακῶς Πάρις ὠνομασμένε. „ Eandem rationem fecu„ tus eft in *Scholiafte* ad „ l. l. emendando. *T. H.* „ *ad Lucian. T.* 1. *p* 411. „ *Conf. Etymol.* & maxi„ me *Hefych* v Δύσπαρις, „ itemque *Apollon.* fupra „ v. Ἄϊρος. p. 72."

P. 234. v. Δυστυχέος — θα„ νάτε. „ haud fcio an mi„ nus recte tentaverit Cl. „ *Waffenb. ad Paraphr.* „ *Il. B. v.* 684. *p.* 88."

P. 239. Obf. 9. Addas „ Conf. „ Cl *Valck. ad. Theocr.* „ *Adoniaz. p* 376.

P. 242. col. 2. poft verba *ad Hefych. b. v* Addas, „ quamquam & pro σῦ vel „ ἰδίῳ pofitum leni accen„ tu

„ tu notandum esse censent, Viri Cl. *Brunck. ad Apoll. R. I.* 225. & *Wolf. praef. ad Iliad. p.* 30., in quo tamen videndum erit, utrum ab eodem fonte, ἴῃς, utraque forma, an vero altera quidem hinc, altera autem aliunde repetenda sit. cognata scilicet notissimis illis ἄ, οἶ, ἰ.

P. 251. Obs. 3. Addas „ ἴκλι praebent *Scholia Porphyrii* edita a *Cl. Matth.*

P. 261. Obs. 3. Addas „ Conf. *Schol. Nicandri* Ed. Ald. p. 39.

P. 266. Obs. 2. „ ἐπὶ σκίμφθη: ἐπὶ σκίφθη l. ἐνισκίμφθη: ἐνισκίφθη

P. 278. Obs 3. — „ Od. k. „ p. 31. l. Od. k. 131.

P. 279. Obs. 7. „ Si & alteram copulam deleveris ἢ & ἐπητίες " l. „ Si deleveris primo, & alteram copulam ἢ, & "

P. 281. Obs. 4. Il. A 162. l. Il. A 162.

P. 286. Obs. 1. Add. „ Vid. WOLF. *Praefat. in Iliad.* p. 21. sq. "

P. 286. Obs. 2. Add. „ Vid. WOLF. *Praefat. in Iliad. p.* 22.

P. 291. Obs. a. „ ex Scholiaste patet observatione. " l. „ ex Scholiastae patet observatione. "

P. 292. Obs. 2. Il. A. 667. l. Il. A. 667.

P. 293. v. 'Επίπονος. Addas „ v. *Od. M.* 423. "

P. 294. Obs. 4. Addas. „ Conf. „ infra v. πλέωτονὶο p. „ 555. "

P. 317. Obs. 7. „ Conf. Cl. „ *Wolf. Praef. in Iliad.* „ p. 25. "

P. 321. v. Ζώστρα. „ Ζωόδωρος. „ Recte Cl. *Villois.* restituisse in Indice videtur „ Ζωόδοτος. "

P. 325. Obs. 3. Addas. „ Conf. „ Cl. *Bondam Specim. Animadv. p.* 30. "

P. 337. Obs. a.

Ἦτοι στρατεύοντος ἢ μένων ἔτι μακρός. Addas. „ Μένων de „ Achille militiam detrectante, adhibuit etiam *Homer. Il. I.* 697. "

P. 348. v. ΘΕΣΙΠΙΔΑΕ'Σ. l. ΘΕΣΠ ΔΑΕ'Σ.

P. 348. Obs. 6. „ Θηλύτερας, „ Θηλύτερα l. Θηλυτέρας, „ Θηλυτέρα.

Ibid. τ̃ Θιλειῶν l. τ̃ Θηλειῶν.

P. 352. Obs. 8. „ od. Ω. „ 221. od. χ. 318. 321. " Temere haec aliunde invecta tuto deleveris.

P. 364. Obs. 5. Addas „ Conf. „ Il. Δ. 242. &c.

P. 368. Obs. 4. Addas, „ Ipse Apoll. εἴμεροι probavit supra. p. 246. "

P. 372. Obs. 6. *Hesych.* addas „ cui eandem formam, „ haud scio an parum „ recte, reddendam esse „ censuit pro φία, Cl. „ *Toup. in Suia. t. II. p.* „ 150. "

P. 373.

P. 373. v. Ἰωγὴ „ ἡ ὑποκάτω „ γῆ. corrigendum videtur. ἡ ὑπαγωγή. Conf. „ *Hesych.* v. Ἰωγή."

P. 379. Obs. 1. Addas. „ Secutus est Cl. WOLF, „ quod indicavit *Schol.* „ ἄλλοθ' ἐῇ ἐπίνοιαν ἰφέτμῆ. „ Antiquissimam tamen „ esse hujus loci διττογραφίαν cum idem *Schol.* „ probat, tum *Apollon.*"

P. 387. Obs. 2. „ p. 556. „ l. P. 556."

P. 391. v. Κιλικινόν, „ ἴσον τούτῳ. „ an legendum ἴσον τούτῳ. „ Conf. infra v. Ταλαύρινον. „ p. 630."

P. 398. Obs. a. Addas. „ Conferenda tamen est altera „ elegantissimae Epistolae „ editio p. 56."

P. 409. Obs. 7. „ Il. A. l. „ Il. A."

P. 416. Obs. 6. „ κρῆναι. l. „ κρῖναι."

P. 438. v. Ἀψίον. Addas. „ v. „ Il. B 147. &c.

P. 449. Obs. 1. Addas. „ Tractavit etiam hunc locum „ Clar. *Wolf. praef.* in „ *Iliad. p.* 20. Conf. & „ *Iliad. I.* 289. *Apoll.* „ *Rhod.* III. 146."

P. 455. Obs. 5. Addas. „ Editiones habent fere κατάστιδει."

P. 456. Obs. 5. Addas „ Conf. „ *Ruhnk.* Vir. Cl. Ep. „ Crit. II. p. 207."

P. 463. Obs. 2. Addas. „ Conf. *Scholia Porphyrii* „ a *Matth.* edita ad Il. „ Ω. 316."

P. 468. v. Ναῖον ναίοντι. Addas. „ Conf. *Il. B.* 130. &c."

P. 497. Obs. 4. μόχιθεν. l. „ μάχεσθαι."

P. 500. Obs. 1. initio. ὅμως δὲ &c. addas. „ Il. M. „ 393."

P. 511. v. 1. Ἀρχιγένης. Addas. „ in Indice Cl. *Villois.* „ scripsit Ἀντιγένης, sed „ corrigendum omnino videtur Ἀρχίας. Conf. v. „ ὑββάλλειν. p. 665.

P. 512. v. ult. „ τ̓ αὐτῆς „ ἐνδίας l. τ̓ αὐτῆς ἐννοίας."

P. 516. Obs. 5. „ ἐνιστάθ' „ l. ἐνέστα θ'"

P. 518. Obs. a. „ ἀμβατῆρας „ l. ἐμβατῆρας."

P. 524. Obs. 4. Od. A l. od. Δ.

P. 525. L. 3. ΠΑ'ΛΟΣ l. ΠΆΛΟΣ.

P. 539. v. 5. „ ΠΕ'ΡΑΤΑ l. ΠΕ'ΙΡΑΤΑ."

P. 539. v. 7, 8. 10. „ πέρας l. πεῖρας"

P. 540. Obs. 1. Addas, & *Porphyrii Scholia* edita a *Cl. Matth.*

P. 541. Obs. 1. Conf. *Scholia Cod. Hamburg.* ap. Cl. *Muller in Bibliotb. Philol. Crit.* Vol. 1. *Fascic. II p.* 350.

P. 545. Obs. 2 Addas. „ Conf. „ idem Hesych. v. Μελάν„ τατον"

P. 549. Obs. 5. „ Περιμήκετον. „ l. περιμήκετον.

Pag. 557.

P. 557. Obf. b. non πρωτο-παγῆ &c Addas „ Conf. „ v. χρυσῆς Ἀφροδίτης p. „ 715."

P. 565. Obf 2. Il. A. l. Il A.

P. 568. Obf. 2. Addas „ Πρω-„ τοπαγία exhibent etiam „ Scholia Porphyrii edita a „ Cl Matth."

P. 574. b. Epift Crit. I. p. 70. — Addas. „ Apud „ Apollonium tamen parum „ abeft, quin legendum „ effe crediderim προσβολῇ „ Neque enim tam προ-„ λῇ. quam προσβολῇ, κα-„ λοῦσι ἀλλήλους οἱ συντιθέν-„ τες. προτὶ autem in com-„ pofitis faepe quidem va-„ let τὸ πρὸ, fed interdum „ etiam τὸ πρός. V. Bar-„ nes. ad Il. Β. 137."

P. 584. Obf 4. Addas - „ in „ quo veram lectionem „ tueri etiam poterit Phi-„ lemonis haec auctoritas. „ Conf. Fr. Aug. Wolf. „ praef. in Iliad. p. 19."

P. 601 Obf. 7. Addas. „Ten-„ tavit etiam hunc locum „ Cl. Waffenb. ad Pa-„ raphr. Il. A. v. 594.

P. 601. v. 10. „ Ἐθνικῶς. re-„ cte emendaffe videtur ἰθν-„ κῶς Cl. Waffenb. l. l. „"

P. 602. v. 3 , σιαλαι. cor-„ rigit Σίντιαι. Cl. Was-„ fenb. l l."

P. 607. v 8 „ οἱ σμίνθιοι „ excidiffe nonnulla fufpi-„ catur Cl. Waffenb. in „ Schol. Emendatis ad Il. „ A v. 39. —"

P. 640 Obf. 4. „ Δ l. Il. A."

P. 654 Obf. 1 Add. „ Conf. „ Wolf. Vir Cl. Praef. „ ad Iliad p. 27.

P. 667. ΥΙΕΣ ΆΧΑΙΩΝ. l. ΥΙ'ΕΣ 'ΑΧ.

P. 673. Obf. 2. Ὑπερφιάλ ... ὅτι. οἶα —. „ Turratum in „ his univerfis verborum „ ordinem ita reftituas: „ Ὑπερφιάλ καὶ ἐμ ὁ ... „ ... ἔπιθ. κατ. ἐλαγ ... ἐπὶ „ ... καλ. ... ἐς γαῖαν ὀπιφ. „ ... τὰς μὲν τοῖς κατ. „ ... χειμέριος λόγῳ ... „ τὰς καλ. χαρ. ... πολυφ. „ ... ."

P. 677. v. Ὑπερφιάλ Addas. „ Conf. Il H. 144."

P. 689. v. Φιλομμειδὴς. Addas. „ Editur vulgo φιλομμειδὴς „ fed ex Codd. & Editt. no-„ tata jam eft haec lectio-„ nis varietas, l Γ. 424."

P. 694. v. 11. ΟΊΡΜΙΓΞ. l. ΦΟΊΡΜΙΓΞ

—— Obf. 2. Cl. Waffen-bergi, l. „ Cl. Wassen-„ bergium"

—— — „ μαρμαρομαρμαρῶν „ l. μαρμαρυγματῶν.

P. 698. Obf. 2 „ Alterius lo-„ cis. l. alterius loci.

P. 721. Ὦ φ ... l. Ὦ ψιλόφρων"

P. 734 v. 39. Addas ; „ τῦ-„ πος exhibent etiam Scho-„ lia Porphyrii a Cl. „ Matth. edita."

P. 735 v. 14. „ incautius „ probare, „ l. „ incautis „ probare"

I N-

I.

INDEX AUCTORUM

AB APOLLONIO

LAUDATORUM.

II.

INDEX GLOSSARUM AB APOLLONIO EXPLICATARUM.

Minusculis literis expressae sunt glossae, quas probabili conjectura *Apollonio* redditas esse censemus: Quae glossae in Homero reperiri non potuerunt, obelo notantur, — Quae denique formae sub aliis capitibus explicantur, hoc signum † habent.

A.

Ἀγάς-

Ἀθέ-

Ἀμαρ-

Ἀξ-

B

Εἰλ.

Ἐνδία-

Ἐπι-

ἐριγδούπ.

Ἡφαι-

K

Καίνυξ.

Κῆρ.

Κυκλή-

Μυλη.

N

Ξ

O

Ὀρθω-

Πλήμνη.

Πυγούσια.

Τετρα-

Υ

Φεῦγε

III.

INDEX
LOCORUM HOMERICORUM
IN
APOLLONIUM ET COMMENTARIOS.

Nota + Varietatem Lectionis vel Interpretationem aliquam, ※ paullo insigniorem indicat.

vſ. 132.

vſ. 36.

vſ. 36. p. 2.
39. p. 204.
42. p. 711.
43. p. 474.
49. p. 695.
+ 55. p. 162.
57. p. 97.
74. p. 558.
75. p. 298.
84. p. 469.
87. p. 33.
+ 88. p. 472.
89. p. 197.
92. p. 184.
93. p. 218, 361.
96. p. 497, 625.
98. p. 627.
99. p. 611.
106. p. 558.
+ 108. p. 156.
111. p. 172, 448.
130. p. 468. in add.
138. p. 83.
+ 142. p. 508.
147. p. 438. in add.
+ 148. p. 277. 170.
150. p. 276.
+ 153. p. 176. 518.
159. p. 585.

vſ. 167. p. 59.
200. p. 174.
205. p. 16.
206. p. 604.
210. p. 607.
212. p. 252.
+ 215. p. 240.
217. p. 694.
219. p. 694, 719.
223. p. 123.
224. p. 194. 696.
226. p. 554.
246. p. 83.
251. p. 700.
253. p. 309, 322.
264. p. 41.
+ 269. p. 500.
275. p. 276, 306.
+ 276. p. 27.
286. p. 461.
292. p. 242.
295. p. 546.
299. p. 214.
301. p. 306.
308. p. 213.
318. p. 64.
323. p. 274.
325. p. 521.
+ 336. p. 366.
342. p. 175.
+ 345. p. 734.

※ vſ. 362. p. 699, 418.
373. p. 663.
389. p. 108.
392. p. 412.
393. p. 160.
396. p. 567.
404. p. 204.
408. p. 196.
412. p. 632.
+ 415. p. 53.
416. p. 712.
417. p. 591.
418. p. 489.
+ 420. p. 100.
426. p. 337.
446. p. 418.
+ 455. p. 65. 537.
469. p. 32.
470. p. 330.
+ 474. p. 83.
479. p. 320.
486. p. 401.
497. p. 606.
499. p. 168.
502. p. 655.
503. p. 557.
526. p. 261.
530. p. 252.
532. p. 192.
537. p. 704.
543. p. 509.
554. p. 413.
+ 559. p. 156.
571. p. 167.
+ vſ. 584.

vſ. 404.

II. Z.

vſ. 433.

Il. Ξ.

II. O.

vs. 310.

※ vſ. 309.

※ vs.

vſ. 405.

Od. Σ.

IV.

INDEX SCRIPTORUM,

Qui in Commentariis ad Apollonium, explicantur vel emendantur.

V.

INDEX

RERUM MEMORABILIUM IN APOLLONIO ET EJUS COMMENTARIIS.

Ἐπὶ